30 +
1757
d 21 März

Spargite. Flores. o Cives.

Flores. quos. priſca. ROMULIDUM. gens. in. honores. novi.

CONSULIS. ſpargere. ſolebat.

In. ſede. Curuli. KLUGKISTIUS. ſedet.

Elegans. in. faſtis. perennet. feſtus. ille. ediditius. dies.

Qui. TE. ſine. faſtu. nitisſimum, ad. faſtigium. REIPUBLICÆ. elatum. monſtrat. cum. Faſcibus.

CUJUS. ineffabilis. affabilitas. &. humanitas.

Omnium. hominum. in. ſe. vertit. oculos. mentesque. allicit.

PIUS. JUSTUS. FIDUS. SAPIENS. quorumvis. meritorum. amicus.

Crimina. ſine. diſcrimine. fugat.

Quæ. ſemper. ultro. boni. IMPERANTIS. conſpectum. fugitare. conſueverunt.

Facileque. facilem. ad. orcum. unde. orta. inveniunt. viam.

Et. ad. auras. ſuperas. vix. redire. audebunt.

Sortem. TUAM. hodiernam. omnes. boni. &. animo. fortes.

Vident. neque. invident. neque. mirantur.

Dignisſimum. TE. judicantes. his. oneribus. gerendis. fruendisque. honoribus.

GENITOR. TUUS. &. qui. hunc. ſeruit. AVUS. Proavusque. gravis.

Poſt. funera. inclyti. gravia. haud. interrupta. ſerie. in. REPUBLICA. geſſerunt. Senatoria. Munera.

TU. quantus. hujus. Proſapiæ. SENATOR. primus. CONSUL.

Salve. iterumque. ſalve.

Conclamant. CIVES.

Suſpicamur. Tuo. ſub. CONSULATU. reditura. optima. tempora.

Cujus. in. REPUBLICA. merita. futuros. dies. [illegible]

Quem. demortuum. dolemus. SOCERUM. Tuum. [illegible] in. Te. gaudemus.

Faxit. interim. SUMMUM. NUMEN.

Cujus. nota. potentia. in. humanis. rebus. omnia. pro. nutu. dirigit.

Ut. Incolumis. ſtes. &. immota. Columna. pro. Patriæ. incolumitate.

Novo. hoc. CONSULARI. splendore. dies. incipiant. ire. Tui. diu.

[illegible] usque. fauſtum. ultimosque. [illegible]

Cujus. nota. potentia. in. humanis. rebus. omnia. pro. nutu. dirigit.
Ut. Incolumis. ſtes. &. immota. Columna. pro. Patriæ. incolumitate.
Novo. hoc. CONSULARI. Splendore. dies. incipiant. ire. Tui. diu.
Inter. Senaculi. Membra. ad. provectam. usque. ſenectam. ultimosque. vitæ. humanæ. limites.
Sis. PATER. PATRIÆ. Felix. nec. infelicior. Splendidæ. Familiæ.
In. conſiliis. gravis. CONSUL. in. negotiis. gravior.
Amicus. bonorum. malorum. inimicus.
Muſarum. MOECENAS. civium. decus. debilium. fulcimentum.
Juſtitiæ. &. Aequitatis. juſtus. Vindex. &. æquus. Arbiter.
Sic. ſperamus. fore. ut. hac. TUA. ſub. Tutela.
Tuta. maneant. &. inconcuſſa. Forum. Lycæum. imo.
Tota. BREMENSIUM. RESPUBLICA.
Cujus. incolæ. tanti. CONSULIS. memores. pergent. ſemper. in. ejus. honorem.
Spargere. flores.

Ne lætus hac occaſione latitaret animus poſuit

M. B.